



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De conuenientia Latinorum & Græcorum in sensu & differentia in verbis.
D. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Quod Græci in sensu nobiscum cōueniunt, et si
verbis differant.*

*Galat. 4.
Ioan. 16. 6.*

SCIENDVM est tamen quod Græci confitētur spiritum sanctum esse filii, sicut & patris; quia & Apostol⁹ dicit Spiritū filii. Et veritas in Euangelio Spiritum veritatis. Sed cum non sit aliud Spiritū sanctum esse patris vel filii, quàm esse à patre & filio: etiam in hoc in eādē nobiscum fidei sententiā conuenire videntur, licet in verbis differant.

*Auctoritatibus Græcorum ostendit Spiritum sanctum
procedere etiam à filio.*

*Athanas. in
symbolo
quod com-
muniter in
ecclesia di-
citur ad pri-
mam.*

*Didymus
lib. 2. post.
medium
quem tran-
stulit Hiero.
& habetur
inter huius
opera. 10. 7.
in fine.
2. paulo in-
ferius.*

*Cyri lus
epist. 10. in.
ter epistolas
post mediū,
t. m. 4.
Chrys. st.
Hom. 1. in
expositione
sy. b. li.*

VNDE etiam quidam eorū Catholici doctores intelligentes vnā eādēq; fore sententiā prædictorum verborū, quibus dicitur Spiritus sanct⁹ procedere à filio, & esse filii, professi sunt spiritum sanctum etiam procedere à filio. Vnde Athanas⁹ in symbolo fidei, Spiritus sanct⁹ à patre & filio, nō factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Ecce spiritum sanctum aperte dixit procedere à patre & filio. Didymus etiam eorū maxim⁹ doctor, in li. 2. de Spiritu sancto, Spiritum sanctum à filio procedere dicit. Saluator, inquit, qui est veritas. Non n. loquetur à semetipso, hoc est nō sine me & sine meo & patris arbitrio, quia inseparabiliter est à me & à patris volūtare: quia ex se nō est, sed ex patre & me est. Hoc. n. ipsū quod subsistit & loquitur, à patre & à me illi est. Idē Spirit⁹ sanct⁹ qui est Spiritus veritatis, Spiritusq; sapiētiae nō potest audire à filio loquente quē nescit, cū hoc ipsum sit quod profertur à filio, i. procedens Deus de Deo, Spiritus veritatis, procedens à veritate, cōsolator mānās ex cōsolatione nam Cyrillus Episcopus in epistola Nestorio d. ceta ait Spiritus intelligitur per se secundum quod spiritus est, & non filius: sed tamē non est alienus ab eo, Spiritus enim veritatis nominatur, & peritur ab eo sicut ex Deo patre. Ioānes quoq; Chrys. in Hō. quadā de expositione syn

boli

Soli sic ait. Iste est Spiritus procedēs de patre & filio, qui diuidit dona propria prout vult. Idē in alia Hom. credendum est Spiritum sanctum patris esse, & filii. Istum Sp. sanctum dicimus patri & filio coæqualē, & procedentē de patre & filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpāt bonos mores. Ecce à doctoribus Græcorum aperte habem⁹ testimonia, quibus Sp. sanctum à patre & filio pcedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur, Spiritum sanctum procedere à patre & filio.

Apostolorū tom. 4. Idem Chryf. Hom. 2. in expositione eu. s. dē symboli, tom. eodem.

PTRVM SPIRITVS SANCTVS PRIVS
vel plenius procedat à patre quam
à filio.

DISTINCTIO XII. A

ITEM quæritur cum Spiritus sanctus à patre procedat & à filio. vtrum prius vel magis pcesserit à patre quam à filio: quod nititur hæreticus ostendere ita dicens: Si processit Spiritus sanctus à patre processit utiq; aut nato iam filio, aut nō nato filio. Si vero iam nato filio processit, ante natus est filius quā processerit Spiritus Sanctus: præcessit ergo natiuitas filii processionem Spiritus sancti. Si autem processit à patre non genito filio, ante processit quam filius genitus fuerit.

Argumentatio hæretici.

Responsio Aug. ad id quod primo quærebatur scilicet an prius à patre quam à filio processerit.

E In principi-
p. o. cap. 26.

HIS & huiusmodi quæstionib⁹ magis laboriosis quam fructuosis respondet Aug. in xv. libr. de Trin. dicens, in illa summa Trin. quæ Deus est, interualla temporum nulla sunt per quæ posset ostēdi aut saltē requiri. vtrum pri⁹ de patre nat⁹ sit fili⁹ & postea de ambob⁹ pcesserit Sp. s. Nunquid ergo possumus quærere vtrum iā processerat de patre Sp. s. quando natus est filius: an nondum processerat, & illo nato de vtroq; processit. Non possunt prors⁹ ibi ista quæri, vbi nihil ex tēpore incho-

Paulo infertius. Ibid paulo inferius.

E 3 atur